Roſperitas et habundantia rerum temporaliū frequenter occaſio eſt multorū peccatorum patet in ſodomitis qui habitabant in regione que irrigabatur ſicut paradiſus domini Ge. xix.

Gedeon cum eſſet angelus domini cum eo ⁊ in area frumentum excuteret fuit bonus et cum angelus domini viſitabat poſt victoriam male ſe habuit. Judicum. viij.

Saul antequam eſſet rex humilis et bonus fuit ſed poſtquam regni gubernacula ſuſcepit intumuit ⁊ mādatū domini preteriuit primo Regū xv.

P⁹ multas guerras et victorias d' inimicis obtentas remanſit dauid q̄etus in iheruſalem et tunc adulterium cōmiſit et homicidium ſecundo Regum. xi.

Occaſiōe multitudinis ſubditorū fecit dauid populum numerare qđ peccatū dominus grauiter puniuit ij. Regum. xxiiij.

Salomoni plus nocuit rerum habundātia quam profuit ſua ſapientia q̄a de reb⁹ tēporalib⁹ curas p̄dolorū cōcubinis ſuis conſtruxit. iij. Regum ix.

Amaſias rex iuda debellauit edom ⁊ inde eleuatum eſt cor eius et voluit cōtra ionas regē iſrl' bellare ⁊ male ſucceſſit ei. iiij. Regum. xviij.

Cū roboratum fuiſſet regnum roboam et confortatum dereliquit legem domini et omnis iſrahel cum eo. ij. Paralipomi. xij.

Comederunt ⁊ ſaturati ſūt ⁊ impinguati ſunt et habundauerūt delicijs et ſequitur te autem magis ad iracundiā p̄uocauerūt. Neemie. ix.

Mūdana proſperitas amicos multiplicat quos aduerſitas fugat vñ quā diu iob plagatus fuit venerunt ad eum amici ſui ſed nichil ei dederunt ſed anxioſe conſolabantur poſtquam aūt dominus omnia que fuerūt ⁊c. iob addidit duplicia venerunt ad eum omnes fratres ſui ⁊ cūcti qui nouerunt eum conſolati ſunt eū et portauerūt ei munera iob. xlij.

Thobias cecitate ſanat⁹ venerūt conſobrini eius et conſolabātur eū Thobie. xi.

Et nō legit̄ feciſſe qñ paup erat ⁊ vxor eius opus textrinū exercebat Thobie. ij.

Amā diues inuidebat mardocheo nichil reputās ſe hr̄e q̄ diu illum vidit i porta regis manere. Heſter. v.

Adoleſcens ille q̄ poſtq̄ queſiuit a dño quō poſſet vitā eternā habere poſtq̄ autē xp̄s dedit ei cōſiliū pfeccōnis vt venderet oīa ⁊c. abijt triſtis habens multas paſſiones Mat. xix. et. Luce. xviij.

Nota de diuite epulōe. Lu. xvi.

Emptores ville et boū et q̄ vxorē duxit ad cenam dñi venire non poterant. Lu. xiiij.

Vidēs ihes⁹ ciuitatē ihrl'm pace ⁊ q̄ete fruētē ⁊ vēturas ſibi miſerias ignorātem fleuit dicēs ſi cognoſſes et tu ſuple fleres. Lu. xix

De prouidētia et diſcrecōe humā

Brahā itrās egiptū prudēter celauit ſarā vxorē ſuā Ge. xij Itē prudēt celauit ſe a loth nepote ſuo ne paſtores adinuicē litigarēt. Geneſis. xiij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Itē diſcrete ante mortem dimiſit
filijs ſuis porcōes ſuas ne poſtea ad
inuicem concertarent. Gen. xxi.

Rebecca prudēter ordinauit quod
iacob patris benedictionem obtine
ret et poſtea eū recedere fecit donec
quieſceret furor fratris ſui. Geneſis
decimooctauo.

Prudēter egit iacob quando ſeruiu
nit laban vt mercedem dignam pro
ſeruicio reciperet. Gene. xxxi.

Itē quando debuit fratri obuiare
irato munera ꝑmiſit vt eū placaret
et res ſuas et familiam dimiſit ne ir
ruente fratre totum ſimul perderet.
Geneſis. xxxij.

Prudēter habuit ſe ioſeph ī domo
pharaonis ſompnia exponendo ⁊ fa
men predicendo et omnia diſcrete or
dinando. Gene. xli.

Moyſes antequā terram ꝓmiſſi
onis inuaderet prudēter miſit explo
ratores vt eius conſiderarent condi
ciones. Nu. xiij.

Exploratores ioſue prudēter latē
bāt donec querentes eos ad propri
a rediſſent. Joſue. ij.

Phynees ⁊ alij nūcij miſſi ad fili
os ruben diſcrete locuti ſunt et illi e
os verb prudentiſſimis placauerūt
Joſue. ij

Magna prudēcia vſꝰ eſt ioſue pō
nendo inſidias iuxta ciuitatem hay ⁊
fugam poſtea ſectādo. Joſue. viij.

Prudēter fecerūt pacē gaboanite cū
ioſue et ille eos diſcrete in ſeruitutē
redegit. Joſue. ix.

Filij iſrahel pugnantes contra fili
os benyamin fugam arte ſimulaue
rūt et ſic eos a ciuitate extractos pe
nitus debellarunt. Judi. xx.

Dauid ī omnibꝰ factis ſuis prudē
ter ⁊gebat. i. Re. xviij.

Ipſe enim coram achis quaſi fatu
um ſe ſimulauit et quaſi furentē vt
ſic ab eo fugere poſſet. i. Re. xxi.

Abigail prudenter dauid placauit
iratum contra virum ſuum nabal. i.
Regum. xxv.

Nathā propheta prudenter a pa
rabola ipſum dauid corripere cepit
et arguere. ij. Re. xij.

Prudēter egit ioab ad hoc quod
per mulierem thecuitem faceret ab
ſolon reuocari. ij. Re. xiiij.

Audiens berſabee quod adonias
regnare vellet prudenter locuta ē ad
dauid ꝓ ſe et filio ſalomone. iij. Re.
gum primo.

Salomō prudēter inter duas mu
lieres iudicauit. iij. Re. iij.

Studioſe fecit iheu figēs ſe in pro
phetis baal ipſū baal adorare et po
ſtea ipſos occidit et altare baal deſt
ruxit. iiij. Re. x.

Prudēter ſe habuit ezechias rex iu
da ne populus nuncijs regis aſſiri
orum blaſphemantibus reſpōderent
non enī expedit populum reſponde
re aut contra infideles diſputare. iiij
Regum. xviij.

Ezechias intelligēs regē aſſyriorū
ꝯtra iherl'm venturū prudēter capita
fonciū extra ciuitatē obturauit muros
reparauit et bellatores optimis ſermo
nibꝰ ꝯfortauit et poſtea ad adoran
dū dominū ſe ꝯuertit. ſecundo. Pa
ra. xxxij.

Neemias aūt magna ſolicitudine
et prudencia muros iheruſalem edifi
cauit. Neemie. ij.

Prudēter egit iudith ad liberaci
onē populi ſui. Judith. viij.

Prudēter egerunt mardocheus et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

heſter pro liberatiōe iudeorum heſter quarto.

Daniel duos pſbiteros cōtra ſuſ ſānā venientes cōuicit. Danielis. xiij

Itē viſiones nabuchdonoſor prudenter expoſuit. Danielis. ij. et. iij.

Judas machabeꝰ prudēter ſe ſubtraxit quando nichanor eū dolo capere voluit. i. Machabe. vij.

Cōſtituta fuit dies in qua iudas cū nichanore loquebatur ipē autē iudas pcepit armatos eſſe i locis oportunis ſi forte aliquid mali operaret̄ ij. Machabeorū. xiij.

Cū iuſſiſſet tribunus paulum cedi flagellis reſpōdit paulus prudēter centurionem ſibi aſtanti ſi licet vobis hominem romanum indēpnem flagellare et diſcedebant qui eū torturi erant. Actuum. xxij.

Cū vellet paulꝰ a grecia in ſiriā nauigare vt intelligerē ſibi a iudeis paratas inſidias prudenter declinauit et venit p macedoniā Actuū. xx

Itē nota de eiꝰ prudēcia. Actu. xxiij

Cū ſciret q iudei iurauerāt cibū ſe nō guſtaturos donec eū occideret ipſe fecit hoc prudenter tribuno nūciari qui eū de nocte ad felicem preſidem cū armatis tranſmiſit et plura alia Nota ibidē cum feſtus pſes vellet paulum econtrā in iheruſalem reducere ſciens paulus eorum maliciam diſcrete et prudenter ad ceſarem appellauit. Actuū. xxv.

De pueris bone indolis.

Iſaac nec cōtradixiſſe nec murmuraſſe legitur qn̄ pater voluit eū ymmolare et occidere Geneſis viceſimoſecundo

Joſeph fratres ſuos ē apud patrē ſuū de crimine peſſimo accuſauit iō eū vēdiderūt p quod patet q mūdꝰ erat et peccatū eorū deteſtabat patri vero volenti eum ad fratres mittere ait preſto ſū Geneſis triceſimo ſeptimo.

Samuel puer bonꝰ miniſtrabat i conſpectu dei. i. Regum. iij.

Dauid puer peritꝰ et humilis erat quādo in regē vnctus eſt primo Regū. xvi.

Joas filiꝰ ioram regis iuda puer ſeptem annorum quando regnare cepit fecit quod bonum erat cunctis diebꝰ ioiade ſacerdotis quarto. Regum duodecimo Poſt mortem autē ioiadē conuertit ſe ad malū

Octo annorū erat ioſias cū regnare cepiſſet fecitq qđ placitū erat corā domino. iiij. Regū. xxij.

Thobias cum eſſet iunior omnibus in tribu neptalim nichil tamē puerile geſſit in opere Thobie. i.

Preterea cum filiū genuiſſet eum timere deum docuit ab infancia ab omni peccato. Thobie. i.

Daniel et ſocij eius ſine magiſtro et doctore legem dei ſeruantes ſobrie pie et iuſte inter prauos gentiles vixerūt. Danielis. i.

Septē filij matris ad mirabilē ſapientiam in reſponſionibus mundiciam in moribus pacienciā i aduerſitatibus habuerunt ſecundo. Machabeorum. vij.

Johannes baptiſta puer creſcebat et confortabatur ſpiritu ſancto et ſancte et mūde ſemper vixit Luce ſecundo

Puer ihesus humilis et ſapiens ſubditꝰ parentibꝰ erat Luce. ij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf